Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



q huiusmodi impensis et impendendis pro tempore concessionis annue pensionis prefate ratificet et confirmet ac sui scripti pro tempore faciat roborari. In quorum etc.

Pensio data procuratori.

403.

Asciens et recolens ut asserunt quod ipse de legalitate probitate et industria et experta diligentia discretus vir B. ibidem presentis confitens ad plenum ipsi B. procuratori suo actori defensori et nuncio specialem et negotiorum gestore constituit ordinavit ad prosequendum et procurandum quedam negotia sua in ea seu causis beneficialibus que nunc habet et in futurum in Romana curia occasione cuiusdam beneficii seu contra quascumque personas ipsius A. adversarii excepto dumtaxat quod illi cum quibus ante constitutionem presentis publici instrumenti quod B. fuit et est iuratus prout habet et alia in dicto instrumento procuratorio in nota supposita per me notarium in scriptum sub anno etc. clarius elucescunt. Hinc est quod dictus A. volens et asserit eidem B. procuratori suo prefato pro servitiis suis et laboribus eidem A. retroactis temporibus per ipsum B. bene et fideliter impensis et impendendis in posterum grata vicissitudine rendere non ad hoc inductus ut dixit dolo vi metu nec suggestione alicuius persone ut aliqua machinatione circumventus. Sed sua bona mera et libera voluntate cum sani animi deliberatione eidem B. scripturarum presentium et solum recipienti in recompensationem servitiorum et laborum suorum huiusmodi et ut deinceps ad similia sibi impendenda et maiora servitia fortius aliter pena anima C. s. tit. gratis et irrevocabiliter dedit donavit concessit et assignavit solvendorum anno quolibet per dictum A. eidem B. vel eius certo nuncio seu procuratori in Romana curia vel alibi ubi dictus B. maluerit per modum et terminos in scriptis quam diu ipsi A. et B. erunt superstites in humanis alterius vero ipsorum sublato de medio pro anima pensio C. s. ac pro publico instrumento omnimode careat et carere debeant firmitatis et nullam deinceps habeat efficaciam seu momentum in festo sancti B. proxime futurum l. s. et residuos l. s. in proxime festo sancti exinde immediate sequentes et sic deinceps in annum dicta pensio annua dicto B. vel eius procuratori per dictum A. solvi debeat in pecuniarum summis modo et terminis prenominatis. Et si dictis terminis et modo eidem B. vel eius certo nuncio vel procuratori predictam annuam pensionem eidem A. non solverit vel in aliquo terminorum predictorum solvere defecerit seu cessaverit promisit idem A. eidem B. scripturarum ut est extitit in antea refecere solvere et integre resarcire una cum dicta annua pensione omnia et singula dampnum et expensas et interesse que et quas idem B. seu eius procuratori seu nuncio obdefectum dicte solutionis aut eius occasione fecisse vel incurrisse dixerit et super hoc facere et firmiter credere solo et nudo verbo ipsius B. aut eius procuratori seu nuncii sine sacramento et sine cognitione iudicis seu taxatione ac etiam absque alio quocumque genere probationis et pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et complendis eidem A. obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura iurisdictioni et cohercioni Camere domini nostri pape et eius camerarii eiusque auditoris et vicecamerarii et omnium aliarum curiarum ecclesiasticarum et secularium quiescens nichilominus et paciscens ibidem idem A. eidem B. presenti scripturarum et recipienti ut supra quod ipse si et quando per ipsum B. fuerit requisitus maiore et efficaciore securitate et cautione ydonea pro huiusmodi pensione annua C. s. tit. annuatim in terminis supradictis sine mera defectu et contradictione quibuscumque dicto B. seu eius certo nuncio aut procuratori ut est dictum solvendum in Romana curia vel in partibus aut alibi ubi maluerit faciet et prestabit et super hoc litteram seu instrumentum publicum vallatis omnibus et singulis provisionibus pactis penarum adiectionibus persone et bonorum oblatione curie Camere apostolice supradicte et aliarum curiarum ecclesiasticarum et secularium quorumcumque provisionibus renuntiationibus et